





R. 3261





R. P. CORNELII CORNELII
A L A P I D E
E SOCIETATE IESV
S. SCRIPTURÆ OLIM LOVANI, POSTEA
ROMÆ PROFESSORIS,
C O M M E N T A R I V S
I N
I E R E M I A M
P R O P H E T A M,
T H R E N O S,
E T
B A R V C H.



A N T V E R P I Æ,
Apud Viduam & Hæredes HIERONYMI VERDUSSEN,
Anno M. DC. LXXXVIII.

Cum Gratia, & Privilegio.



EFFIGIES IEREMIAE PROPHETAE
ex vetusto Codice Bibliot. Vaticanae.

COMMENTARIUS IN IEREMIAM. ARGUMENTVM.



IEREMIAS, ait S. Hieron. in c. 1. hic, imminente captivitate, Dei clementia mittitur ad populum, ut eum ad penitentiam excitet, itaque ipse captivitatem Babylonicam iam instantem evadat. Sub idem tempus prophetavit Ezechiel; sed Ieremias quasi columna labentis urbis & regni, ut patet c. 1. v. 8. ante in Iuda, Ezechiel post Ieremiam, anno 35. in Babylone captus, vaticinatus est.

tor eum occisum esse sexagenarium, anno mundi 3363.

Quartò, cum in Taphnis Ieremias suis Hebrais & toti Ægypto cladem minaretur, quæ mox per Nabuchodonosorem evenit, à suis concivibus lapidibus obrutus, Martyr occubuit. ita S. Hieron. Tertull. Doroth. Epiphan. de Vita Prophetarum, Isidor. de Vita & morte Sanctorum. Perperam ergo R. Salomon ex c. 44. 28. opinatur Ieremiam cum Baruch ex Ægypto in Iudæam rediisse.

Ieremias in Taphnis lapidatus. Martyr occubuit.

Addunt Doroth. Epiphan. & Isidor. penes quos sit fides, Ieremiam in Taphnis sepultum, & in magno honore ejus sepulchrum ab Ægyptiis habitum fuisse; eò quòd ipse suis precibus inde aspidem, crocodilos & immanes feras profligasset, & indies pulvere è sepulchro suo accepto profligaret. Porro Ioan. Moschus in Prato spiritali tradit cap. 77. ossa Ieremiæ inde ab Alexandro Magno translata esse Alexandriam, urbem ab eo conditam, ibique colli in Tetrapylo. Addit Chronicum Alexandrinum vetustum, sed nuper editum à nostro Radero, Alexandrum illustre monumentum Ieremiæ cineribus excitasse: sicut Nicephor. lib. 8. 30. narrat simile illi erectum à S. Helena matre Constantini.

Denique adjiciunt Doroth. & Epiphan. quòd Ieremias in Ægypto sacerdotibus Ægyptiis prædixerit futurum, ut omnia eorum simulachra conciderent, cum virgo mater in Ægyptum cum suo ascenderet infante; idque ita accidisse, cum Deipara duccens puerum Iesum Ægyptum intravit. de quo plura c. 44. in fine. Ieremias catalogo Sanctorum in Martyrologio ascriptus est. 1. Maij. Sic enim eo die legimus in Rom. Martyrol. in Ægypto S. Ieremia Prophetæ; qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit, ibique sepulchrum est: ad cuius sepulchrum fideles (ut refert S. Epiphanius) supplicare consueverunt, indeq; sumpto pulvere, aspidum morsibus medentur.

Quæres Secundò, Quis & qualis fuerit Ieremias?

Resp. Primò, fuit filius Helciæ: an pontificis illius celebris sub Iosia, dicã c. 1. v. 1. Oriundus fuit ex Anathoth, quæ erat urbs in tribu Benjamin, tribus milliaribus distans à Ierusalem, eratque sacerdotibus attributa, ut patet Iosue 21. 18.

Secundò, Ieremias in utero matris fuit sanctificatus & consecratus Propheta, ut patet c. 1. v. 5. hinc tota vita mansit virgo, teste S. Ignatio epist. ad Philadel. & Isidoro de Vita & morte Prophetarum c. 38. idq; satis liquet ex c. 16. 2. quamvis Chal-

Quæst. 1. qui & qualis fuit Ieremias? Resp. Primò; fuit filius Helciæ.

Secundò, in utero matris fuit sanctificatus Man- su virgo.

Quæst. 1. quando prophetavit Ieremias?

Resp. sub Iosia, Pharaone & Anco Manio Romano, ante Christum anno 632.

Prophetavit sub quinque regibus.

Per annos 45. ad annu atatis 60.

Quæres Primò, Quo anno cœperit prophetare, quo desierit, Ieremias? Resp. Primò, ex c. 1. v. 2. patet, eum cœpisse anno 13. Iosia regis, cum esset adhuc puer, ait S. Hieron. & alij, idque patet c. 1. 7. Cœpit ergo prophetare existens annorum 14. aut 15. cum Medis, teste Eusebio, imperaret Phraortes, Romanis Ancus Martius, Ægyptijs Plameticus senior, Olympiade 36. anno mundi 3318.

in hunc enim annum mundi incidit annus 13. Iosia, qui fuit ante Christi nativitatem annus 632. Hinc sequitur, Ieremiam cœpisse prophetare; post Isaiam anno 165. ante Ezechielem (qui cœpit anno 5. transmigrationis Iochin, Ezech. 1. 2.) anno 34. ante Daniele (qui cœpit anno 5. ab excisa Ierusalem) anno 54.

Secundò, prophetavit Ieremias sub quinque regibus, scilicet sub Iosia annos 19. sub Ioachas filio Iosia tres menses: sub Ioakim fratre Ioachas, & filio Iosia, annos 11. sub Iochin filio Ioakim tres menses: sub Sedecia fratre Ioachas & filio Iosia annos 11. vsque ad mensem 5. anni illius undecimi, quo capta est à Chaldæis Ierusalem, in qua & Ieremias captus est, sed liberaliter habitus à Nabuchodonosor; quia ejus victoriam contra Iudæos prædixerat, eisque suaserat ut ei se dederent c. 39. v. 11. Prophetavit ergo annis 41. in Iudæa: in qua per Chaldæos everta remansit, ut reliquijs populi esset solatio.

Tertio, ex Iudæa Iudæis fugientibus Chaldæos contra iussum Domini, in Ægyptum abductus est ab eis Ieremias, ibique in Taphnis (urbe regia, ubi Moses coram Pharaone fecit miracula) prophetavit, ut patet c. 43. 44. per annos 4. scilicet usque ad annum 4. captivitatis & excidij Ierusalem, qui erat Nabuchodonosoris 23. quo prædixit Ieremias Pharaonem, qui dictus est Ephree, vel Vaphre, regem Ægypti à Nabuchodonosore vincendum & occidendum, quod contigit anno sequenti, teste Iosepho 10. Antiq. 11. Quare universum prophetavit Ieremias annis 45, cumque cœperit puer 15. circiter annorum, sequi-

Cornel. in Ieremiam.

Bbb 2 dæus

Prolegomena in Ieremiam Prophetam.

564

Quocirca S. Hieron. prologo in Ieremiam, de eo sic ait: Virginitate sua Evangelicam vitam Christi Ecclesia dedicavit. Idem l. 1. contra Iovinian. virginittis merito tribuit, quod omnibus in Babylonem ductis, ac ceteris omnibus, etiam templo, solo equatis, solus Ieremias non modo servatus, sed victorum dono stipendiatu sit. Et cum Nabuchodonosor, ait, Nabuzardan de sanctis sanctorum non proceperit, precepit tamen de Ieremia servando. Rursum Ieremias omnis criminis per totam vitam expertus fuit, ait S. Athan. serm. 4. contra Arianos. Crimen est peccatum lethale, non veniale.

Quintus est Ieremias, ait, lapidatur, Isaias serratur, Zacharias inter adem & mare occiditur, perennes cruoris sui maculas siliicibus assignans, & utique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo qua & praedicasent. unde illud Hebr. 11. 33. Lapidati sunt, multi interpretes referunt ad Ieremiam. Merito ergo Ieremias defunctus & in limbo existens, apparuit Iudae Machabaeo, atate & gloria mirabilis, & magni decoris habitudine vallatus. 2. Machab. 15. 13.

Tertius fuit Ieremias, ait, lapidatur, Isaias serratur, Zacharias inter adem & mare occiditur, perennes cruoris sui maculas siliicibus assignans, & utique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo qua & praedicasent. unde illud Hebr. 11. 33. Lapidati sunt, multi interpretes referunt ad Ieremiam. Merito ergo Ieremias defunctus & in limbo existens, apparuit Iudae Machabaeo, atate & gloria mirabilis, & magni decoris habitudine vallatus. 2. Machab. 15. 13.

Sextus aliqui censent eum vivere in paradiso.

Tertio, Ieremias fuit sacerdos, doctor, propheta & Apostolus immediate a Deo missus, qui humanitate & condolentia in proximos, Prophetas omnes superavit, atque, ut ait Nazianzen. orat. 17. ad civis Nozianzi initio, Prophetarum omnium ad commiserationem fuit propensissimus. Ipse enim solus solo Deo nixus, in summa reipublicae perturbatione, urbis obsidione & excidio, fratrum salutem ardentissimè, quasi alter Paulus, procurabat, idemque fecit post mortem, 2. Mach. 15. 14. ubi Onias Iudae Machabaeo dixit: Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo & universa sancta civitate Ieremias Propheta Dei. Fuit etiam illustis scriptor hagiographus: multa enim scripsit vel dictavit, scilicet hanc prophetiam, item Threnos & librum Baruch, & librum tertium & quartum Regum. Hos enim usque ad Hierosolymæ excidium, ex publicis diariis & chronicis collegisse Ieremiam, docet Procop. Gazensis, Isidorus & Moses Kimchi, quos refert Sixtus Senensis lib. 1. Idipsum confirmat, quod caput ultimum Ieremiae, ultimum quoque est lib. 4. Regum. Addit Abulensis, in lib. Iudicum c. 17. q. 4. Ieremiam etiam duos primos Regum libros composuisse. Addunt alij psalm. 49. Te decet hymnus: & ps. 136. super flumina Babylonis, à Ieremia esse conscriptos, aliq; plura, quae congerit Sixtus Senensis l. 2. Biblioth. verbo Ieremias, & à Castro hic. In Bibliotheca Vaticana, vidi Paralipomena Ieremiae Graeco sermone, in quibus erant literae Baruch & Abdemelch Aethiopsis ad Ieremiam, & vicissim Ieremiae ad istas responsoriae. Verum cum harum veteres non meminerint, nec codex Vaticanus Epiphanium, Dorotheum, aut aliquem veterum citet: qui haec Paralipomena posteritati consignavit aut probavit, hinc ea omittere malui, quam incerta cum certis commiscere. Denique plura scripsisse Ieremiam quae temporum injuria interciderunt, patet ex Descriptionibus Ieremiae, quae citantur 2. Machab. 2. 1. & nunc nusquam inveniuntur.

Quarto, Ieremias Iudaeis rebellibus minabatur excidium urbis, ideoque dirissima ab eis est passus, scilicet probra, alaps, verbera, famem, carcerem; saepe à toto populo reus mortis proclamatus fuit, ac tandem occisus; itaque Christi à Iudaeis afflicti & crucifixi, expressissimus fuit typus: unde de eo quod ac de Christo dicunt Iudaei c. 11. 19. Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium. Hinc Ieremias apud hebraeos vocatur ירמיהו Iirmiahu, id est, excelsus vel sublimitas Domini, ait S. Hier. aut extollens Dominum, à rad. ירמ, id est, altus fuit, Rursum Ieremias idem est quod projectio Domini, si nomen hoc deducas à rad. ירם, id est, projecit, & יר, quod est abbreviatum Iebova, id est, Dominus: fuit enim Ieremias (ut ait

Isidor. Pelusiota discipulus S. Chryso. li. 1. epist. 298. Insuperabilis est, id est, calamitosissimus, atque in summa & longa calamitate ingentem ostendit animi constantiam & celsitudinem, looque exemplo docuit nos illud Antonij in Melissa part. 2. ser. 80. Dum caeteri firmiter quasi incensato generosi est athleta cedi & vincere; maxime vero propter Deum omnia nobis patienda sunt, ut & ipse nos patiat. Ad dicit Ecclesiast. c. 49. 8. Ierusalem esse excisam à Chaldaeis, ob male tractatum Ieremiam. Incenderunt, inquit, elebam sanctitatem civitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremae. Nam male tractarunt illum, qui a ventre matris consecratus est propheta, evertere, & eruere, & perdere, & iterum adificare, & renovare.

Quinto, Ieremias, ut dixi, fuit Martyr. unde Tertull. in Scorpiaco cap. 8. Ieremias, ait, lapidatur, Isaias serratur, Zacharias inter adem & mare occiditur, perennes cruoris sui maculas siliicibus assignans, & utique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo qua & praedicasent. unde illud Hebr. 11. 33. Lapidati sunt, multi interpretes referunt ad Ieremiam. Merito ergo Ieremias defunctus & in limbo existens, apparuit Iudae Machabaeo, atate & gloria mirabilis, & magni decoris habitudine vallatus. 2. Machab. 15. 13.

Sexto, Victorinus Martyr, consuevit Ieremiam in paradiso vivere, atque venturum eum Elia, ut prophetae opponat se Antichristo: cujus sententiae meminit quoque S. Hilarius canon. 20. in Matth. Probant id ex c. 1. 5. Sed alius illius loci est sensus, ut ibi dicam; ex dictis enim liquet Ieremiam non vivere, sed occisum esse in Taphnis.

Sexto aliqui censent eum vivere in paradiso.

Quaerens Tertio, Quod sit Ieremiae argumentum, quidque ipse hoc libro agat?

Quaerens Tertio, Quod sit Ieremiae argumentum, quidque ipse hoc libro agat?

Resp. Primo, partim praedicit futura, maxime Nabuchodonosoris adventum, urbis excidium & aliarum gentium; partim hortatur ad virtutes, vitaeque emendationem: partim increpat peccata, maxime idololatriam; minatur, & saepe lamentatur, totusque est patheticus. Secundo, consolatur suos, praedicitque post 70. annos liberationem à captivitate. Tertio, gesta sui temporis, tum regum, tum populi, tum sua dicta & facta sigillatim enarrat. Quarto, vaticinatur de Christi Ecclesia, vocatione Gentium, gratia & felicitate novi testamenti. Idem argumentum tractat Ezechiel & Abdias. Unde magna pars Abdiae in Ieremia continetur, ait S. Hieron. in Abdiam sub initium.

Secundo, dictata haec Ieremias afflatu spiritu Dei, scripsit verò eo dictante Baruch ejus scriba, ut patet c. 36. 4. qui & prophetias Ieremiae diverso tempore editas, in hoc volumen collegit, neglecto tamen ordine, unde priores saepe postponit: qua de causa hic in Ieremia saepe praeposterus & perturbatus est ordo, vide can. 3. Hinc etiam ultimum caput additum est à Baruch ex cap. ult. li. 4. Regum. Haec etiam est causa, cur Septuag. subinde ordinem capitum qui est in Hebraeo & Latino commutarint, ut cap. 29. nostrum est 36. apud Septuag. c. 30. nostrum est 37. apud Septuag. c. 48. nostrum est 31. apud Septuag. &c.

Distavit hac Ierem. scripsit verò Baruch.

Tertio, quod ad stylum, Ieremias quantum in verbis simplex videtur & facilis, tantum in majestate sensuum profundissimus est, ait S. Hier. in procemio in lib. 6. commentar. in Ieremiam: ac more Hebraeo, per varias similitudines & parabolas res ob oculos ponit, uti & Christus. Hebraeum ejus idioma

Stylus Ieremias.

Prolegomena in Ieremiam Prophetam.

Idioma peritum est, nec Chaldaeo permittum. Scripsit enim Ieremias ante captivitatem Babylonicam, ac consequenter ante corruptionem linguae Hebraicae, quae facta est in Babylone: ibi enim cum Chaldaeis chaldaizare coeperunt Iudaei captivi. Ego more meo in Ieremiae explicatione, duo maxime praeculis habui, veritatem & breviter: illam secutum me scio, hanc assecutum.

Tradunt Hebraei, Ieremiam prophetasse cum Sophonia & Oida: sed Ieremiam in vicis & plateis, Sophoniam in synagogis, Oidam in caetero mulierum. Ridet hoc Ribera, Sonat enim fabelam Rabbincam: talia enim tamque lepida solent esse Rabbincorum acumina & commenta.

Plato an discipulus fuit Ieremiae.

S. Ambrosius, & ex eo S. August. lib. 2. de Doctrina Christiana c. 28. asserunt, Platonem tempore Ieremiae in Aegypto fuisse, & ab eo didicisse quae scripsit: Nomen, inquit, memoratus Episcopus (Ambrosius) considerata historia Gentium, cum Platonem reperisset Ieremiae temporibus profectum fuisse in Aegyptum, ubi tum ille prophetaerat, probabilis esse ostendit, quod Plato potius nostris literis per Ieremiam imbutus sit, ut illa posset docere vel scribere, quae iure laudantur? Quocirca Genebrard. in Chronolog. & ex eo Anton. Fernandus lib. de Vision. S. Script. visione II. in proemio, Ieremias, inquit, in Taphnis philosophia incunabula posuit, secretiore sapientia Hierophantae imbuens. Eius fama excitati Graeci, peregrinationes in Aegyptum susceperunt, & post septuaginta fere annos Philosophiam in Graeciam derivarunt. Quae cum grano salis accipienda sunt: nam, ut de Thalete, qui floruit sub Cyro, concedamus eum juvenem potuisse videre & audire Ieremiam in Aegypto; certe Plato, qui ducentis annis Ieremia fuit posterior (vixit enim sub tempora Alexandri

A Magni eum videre & audire non potuit profectus tamen fuit in Aegyptum, ut sapientiam quam Aegyptij à Ieremia & Hebraeis hauerant, perdisceret. Quocirca S. August. suum dictum ita candidè retractat l. 1. Retract. c. 4. In eo, inquit, quod dixi de temporum historia, tamquam coacti fuerint Plato & Ieremias, sefellit memoria.

Quid in Ieremiam scripsit.

Scripsit in varias è Ieremia sententias Origenes homilias 14. quae extant tom. 1. Orig. quas in Latinum vertit S. Hieron. Scripsit quoque in Ieremiam S. Hieron. usque ad c. 32. Dubitarunt nonnulli, an hic commentarius sit S. Hieron. eò quod ejus vigorem & acrimoniam non referat. Verùm Rabanus, Cassiodorus, Marianus, Trithemius, Sixtus Senensis, Doctores Lovaniensis, & alij passim tribuunt eum S. Hieron. Quinimò Rabanus fatetur se suum comment. in Ieremiam usque ad c. 32. confecisse ex hoc comment. S. Hieron. paucis additis ex suo, & ex Origene & S. Gregorio. Quare commentarius Rabani non est idem cum comment. S. Hieron. sed ex eo depromptus, eoque auctior, ut patet utrumque conferenti. Porro minus acrem hic esse S. Hieron. non mirum: erat enim ipse hanc scribens, morbis, laboribus & ætate confectus, fuit enim hoc ejus ultimū opus in Prophetas, ut ipse fatetur in proemio, dum sic orditur: Post explanationem duodecim Prophetarum, & Isaiæ, Danielis & Ezechielis, ad extremum in Ieremiam manum mittimus. Adde, brevior caeteris est hic ejus commentarius, & imperfectus: finitur enim c. 32.

Scripserunt insuper in totum Ieremiam Theodor. Rupert, S. Thom. Hugo, Lyran. Dionys. Vatablus, Andr. Capilla: atque novissime exactissimeque Christoph. à Castro, Ioannes Maldonat. & Gaspar Sanchez, omnes è Societate nostra.

Chronotaxis oraculorum, sive ordo capitum & gestorum Ieremiae.

Oracula Ieremiae, Anno primo Ioakim.

QUIA ordo capitum & oraculorum in Ieremia valde perturbatus est, uti dixi, hinc ea suo ordine digeram, eaque seriatim in quatuor partes distribuam. Sequar Abulenl. in fine lib. 4. Regum, Tornicellum, & maxime Christophorum à Castro, qui in proemio exactam habet Chronotaxin.

Prima ergo pars complectitur ea, quae Ieremias prophetavit sub Iosia rege, quibus carpit idololatricam & vitia populi, minaturque excidium per Chaldaeos. Incipit hæc à c. 1. & protenditur usque ad c. 17. exclusivè, excepto c. 10. quod ad Sedeciae, & c. 13. quod ad Ioakim, & à v. 18. ad Sedeciae tempora pertinet, uti mox dicam.

Secunda pars est eorum, quae prophetavit sub Ioakim filio Iosiae, & Ioachin, sive Iechonia filio Ioakim: mortuo Iosia, & amoto Ioachaz filio ejus, adhuc funebri planctu durante, mittitur Ieremias ad Ioakim, monetque ne flectat Iosiam, sed potius Ioachaz non redituru ex Aegypto, & seipsum, eò quod sepultura asini sit sepeliendus. Huc ergo pertinet c. 22. à v. 1. ad v. 24. ut patet ex v. 10. ibid.

Sub idem tempus, prophetans in atrio templi excidium urbis & templi capitur, & reus mortis agitur, sed ab Ahicam liberatur, uti narratur c. 26. hic ergo collocandum est c. 26.

Sub idem tempus, jubetur sumere catenas, Cornel. in Ieremiam.

C postea sub Sedecia mittendas vicinis gentibus, ut patet c. 17. à v. 1. ad 4.

Sub idem tempus, prophetat ea quae habentur c. 17. scilicet peccatum Iuda esse indelebile, quod suppetijs Aegypti confusus, nollet se subicere Babylonio jam se ad bellum paranti.

Anno 4. Ioakim prophetat ea quae habentur c. 25. de calice, id est, clade activa Chaldaeorum, quodque eis servient Gentes 70. annis.

Eodem anno contigerunt ea quae dicuntur cap. 46. à v. 2. ad 12. de Pharaone Nechao cadendo, & paulò post caeso à Nabuchodonosore juxta Chamecos, eaque occasione mox pergit prophetare, D Aegyptum subjugandam à Nabuchodonosore, ibidem v. 13. usque ad fin. cap.

Eodem anno contigerunt quae dicuntur c. 36. de oraculis & minis Ieremiae scribendis, & à Baruch legendis populo ex libro quem combussit Ioakim, sed restauravit Ieremias, & quae c. 45. dicuntur de Baruch timente & confortato à Deo.

Anno circiter 7. Ioakim contigerunt ea quae narrantur cap. 35. de Rechabitis, & quae dicuntur c. 13. à v. 1. ad 18. de lumbari lineo, quod tulit ad Euphratem, de qua laguncula contrita in signum cladis futurae.

Mox secuta sunt dicta sub Ioachin sive Iechonia filio Ioakim. Nimirum c. 22. à v. 24. ad finem,

B bb 3 prophetae

prophetat Iechoniam ducendum esse in Babylonem, & inde nunquam redituro.

Cap. 23. Invehitur in regem negligentiam, quod illa fuerit causa excidij & captivitatis populi, atque novam reip. formam per Christum & Apostolos pollicetur.

Tertia pars continet oracula dicta sub Sedecia, qui Iechoniæ successit, usque ad excidium urbis inclusive.

Anno 1. Sedeciæ dicta sunt quæ habentur c. 24. de duobus calathis ficuum, qui significabant bonam Iechoniæ & aliorum transmigrantium sortem; miseram verò Sedeciæ & Chaldæis rebellantium.

Et quæ c. 29. scribuntur ad Iechoniam & alios in Babylone, quod ibi mansuri sint 70. annis.

Et quæ c. 30. & 31. prædicat de solvenda captivitate, tum temporali per Cyrum, tum spiritali per Christum.

Et quæ c. 18. habentur de figulo, cujus adinstar Deus potest populum fingere & refingere, eumque libertati restituere.

Et epistola quæ habetur cap. 10. qua monet transmigratos, ne colant signa cæli & idola Chaldæorum.

Et quæ habentur c. 27. v. 3. usque ad finem de catenis missis ad vicinos reges; quæque habentur cap. 28. de earum contrafractioe per Hananiam, & commutatione in ferreas.

Unde sub idem tempus, videntur dicta ea, quæ cap. 48. & 49. prophetat contra vicinos reges & gentes, scilicet contra Moab, Ammon, Idumæam, Damascus, Cedar & Ælam.

Sub annum
4. Sedecia.

Cap. 19. confregit lagunculam in atrio templi, ut ostenderet populum sic esse conterendum; hinc c. 20. incarceratus à Phasur, minatur ei interitum; atque ex tædio vitæ, & ærurnarum acerbitate, maledicit diei natiuitatis suæ.

Anno 4.

Mox cap. 50. & 51. prophetat excidium Babylonis, per Cyrum & Darium: quod enim id factum sit anno 4. Sedeciæ, patet Ieremiæ 51. 59.

Cap. 13. v. 18. mittitur Ieremias ad Sedeciam rebellantem Nabuchodonosori, & ad reginam, ut nuntiet eis regni everfionem. patet id 4. Reg. 24. 20. & c. 15. 1. & ex Iosepho l. 10. Antiq. c. 10.

Anno 9.

Cap. 34. obfessa jam Ierusalem, cum Iudæi fœdus cum Deo renovassent (ideoque Chaldæi, recessissent pugnaturi contra Ægyptios) sed mox illud violassent, prædicat Chaldæorum reditum.

Cap. 37. idem significat Sedeciæ; cumque egrederetur in Anathoth, à Ieria captus, detrusus fuit in carcerem.

Cap. 47. prophetat Palæstinos vastandos per Chaldæos: hoc enim factum esse anno nono Sedeciæ, patebit c. 47. v. 1.

Anno 10.

Cap. 21. cum rediisset Nabuchodonosor ad

obsidionem Ierusalem, Sedeciæ mittenti, ut pro recessu hostis oraret, respondit Ieremias, cum non recessurum, sed, si salvus esse velit, ei se dedat.

Cap. 32. Ieremias in carcere iubetur emere agrum sui patruelis, ut per hoc significet, captivos à Babylone redituros ad suos agros.

Cap. 33. promittit felicitatem post tempus captivitatis.

Cap. 38. conicitur in lacum, quod prædicaret transfugientibus ad Chaldæos salutem, & interitum remanentibus: sed eductus ab Abdemelech, & collocatus cum rege, mansit in vestibulo carceris.

Sub annum
undecimū.

Cap. 39. v. 15. usque ad finem, promittit Abdemelech incolumitatem in excidio urbis.

Mox. c. 39. à v. 1. usque ad v. 15. capitur Ierusalem, Sedecias excecatur, filij & principes occiduntur.

Quarta pars complectitur oracula & gesta post excidium Hierosolymæ.

Cap. 40. Nabuzardan commendat Ieremiam Godoliæ, quem Nabuchodonosor constituerat præsidem Iudææ.

Anno 1. ab
excidio, qui
annus ex-
plevit annū
undecimum
Sedecia.

Liber jam Ieremias videtur scripsisse epistolam ad abducendos Babylonem, de non colendis idolis Chaldæorum, quæ habetur c. 6. Baruch.

Urbe eversa, videtur composuisse Threnos.

Cap. 41. Imael mense septimo occidit Godoliam; & Iohanen reducit & colligit reliquias populi, cogitatque fugam in Ægyptum.

Cap. 42. principes consulunt Ieremiam, ille vetat fugam, aitque si fugiant in Ægyptum, eos ibi vastandos à Nabuchodonosore.

Cap. 43. principes non credentes Ieremiæ, & cogentes Ieremiam omnesque Iudæos secum fugere in Ægyptum, perveniunt in Taphnis, ubi Ieremias prophetat excidiū Ægypti per Chaldæos.

Anno 2. qui
erat 20.
Nabuehodo-
nosori.

Cap. 44. Iudæis in Ægypto, & Pharaoni Ephree minatur captivitatem: unde hac de causa videtur à Iudæis paulò post fuisse lapidatus ante excidium Ægypti: hic enim finitur ejus prophetia, nec deinceps Ieremiæ fit mentio.

Anno 3.

Nabuchodonosor invasit & occupavit Cælefyriam, Ammonitas, Moabitas, & alias gentes, uti prædixerat Ieremias, ita Ioseph. 10. Antiq. 11.

Anno 5.

Eodem anno occupavit Ægyptum, Pharaonem Ephree occidit. Amasim regem constituit, Iudæosque 745. captivos duxit Babylonem, ut patet Ieremiæ 52. 30. & ex Iosepho. Inter eos ductus est Baruch: nā Ieremias jam erat occisus, ita à Castro & alij. Sed verius videtur Ægyptum subactam esse à Nabuchodonosore post 12. annos, scilicet anno regni ejus 35. uti dicam Ezech. 29. 17.

Anno 6. qui erat quintus everfionis Ierusalem, & Nabuchodonosori 26. die 17. mensis quinti, librum à se scriptum legit Baruch Babylone coram Iechonia, & toto populo, Baruch 1.

Quot & quibus in rebus, Ieremias fuerit typus aut Propheta Christi.

I E R E M I A S. D

1. Ieremiæ dicit Deus c. 1. v. 5. Priusquam te formarem in utero, novite: & antequam exires de vulva, sanctificavi te.

C H R I S T U S.

Sic de Christo ait S. Matthæus c. 1. v. 18. Inventa est (B. Maria mater Iesu) in utero habens de Spiritu sancto, & angelus v. 20. Quod in ea natū est, de Spiritu sancto est, item angelus Lucæ c. 1. 35. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Denique Iaias c. 49. 1. de Christo ait: Dominus ab utero vocavit me, de vêtre matris meæ recordatus est nominis mei.

2. Ie-

2. Ieremias dicit Deus c. 1. v. 5. *Prophetam in gentibus dedi te.* & v. 10. *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: ut evellas & destruas, & disperdas, & dissipas, & edifices, & plantes, &c.*
3. Ieremias dicit Deus c. 1. v. 18. *No formides: ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum areum super omnem terram.*
4. Ieremias ait c. 1. v. 11. *Virgam vigilantem ego video.*
5. Ieremias ait c. 1. v. 13. *Ollam succensam ego video.*
6. Ieremias c. 1. v. 16. ait Deus: *Loquar iudicia mea cum eis (Gentibus) super omnem malitiam eorum.*
7. Cap. 2. v. 21. Deus per Ieremiam ait Synagogæ: *Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum, quomodo ergo conversa es mihi in pravam vineam alienam?*
8. Cap. 3. clamat Deus per Ieremiam: *Aversatrix Israel, & pravaricatrix Iudæ, revertere ad me, sanabo aversiones tuas.*
9. Cap. 6. v. 6. Ieremias dicit Hierosolymæ: *Hac est civitas visitationis, id est, punitionis & excidij, omnis calumnia in medio ejus.*
10. Cap. 7. 11. Ieremias ait: *Numquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum?*
11. Cap. 9. v. 23. ait Dominus per Ieremiam: *Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitijs suis: sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra.*
12. Cap. 11. 19. ait Ieremias: *Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognovi.*
13. Ibidem ait Ieremias: *Cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium.*
14. Cap. 14. v. 8. Ieremias ait Deo: *Expectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?*
15. Cap. 15. v. 10. ait Ieremias: *Va mihi mater mea: quare genuisti me virum rixam, virum discordiam in universa terra & omnes maledicunt mihi.*
16. Cap. 16. v. 16. ait Deus Ieremias: *Ecce, ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos.*
17. Cap. 18. v. 6. & 11. ait Deus: *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. Ecce, ego fingo contra vos malum.*
18. Cap. 18. v. 18. dixerunt Iudæi: *Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: & percutiamus eum lingua.*
- A Sic de Christo ait Isaias c. 53. 16. *Posuit verba mea in ore tuo, ut plantes calos, & fundes terram: & dicas ad Sion, Populus meus es tu.* & David psal. 2. 6. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, predicans preceptum ejus.* & v. 8. *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra.* & Isaias c. 49. 6. *Ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terra.*
- Sic Christus dicit de se: *Posuit (Dominus) os meum quasi gladium acutum: in umbra manus sue protexit me, & posuit me sicut sagittam electam, Isaiæ 49. 2.*
- De Christo dicitur psalm. 2. 9. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* & psal. 44. 7. *Virga directionis virga regni tui.*
- De Christo iudice dicitur psal. 96. 3. *Ignis ante ipsum procedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* & Luc. 3. v. 17. *Paleas combaret igni inextinguibili.*
- Christus constitutus est iudex vivorum & mortuorum, atque in die iudicij Sanctis dicit, *Venite benedicti Patri mei: impijs verbò, Discedite à me maledicti in ignem æternum, Matth. 25. v. 14. & 41.*
- Sic Christus eidem ait: *Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam, &c. & locavit eam agricolis: illi autem servos, quin & filium heri occiderunt: ipse ergo malos malè perdet, Matth. 21. v. 33.*
- Christus clamat Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.*
- Christus videns Ierusalem flevit super eam, dicens: *Quia si cognovisses & tu, &c. quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici, &c. & ad terram prosternerent te, &c. ed quod non cognoveris tempus visitationis tuæ; Luc. 19.*
- Christus ait Matth. 21. 13. *Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam, speluncam latronum.*
- Christus ait per Paulum 1. Corinth. 1. 27. *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contempnibilia elegit Deus. & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio & redemptio: ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*
- De Christo ait Isaias c. 53. 7. *Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum.*
- Iudæi cogitaverunt Christum crucifigere, & acclamarunt Pilato, *Crucifige, crucifige eum, Ioan. 19. v. 6.*
- Talis viator fuit Christus, qui per omnem Iudæam discurrit evangelizando, & post tres annos prædicationis, relicta terra quasi hospitio, ad suum redijt cælum.
- De Christo ait Simeon: *Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, Lucæ 2. 34.*
- Christus vocavit Petrum & Andream piscatores dicens: *Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum, Matth. 4. v. 19.*
- Sic Christus ex eodem luto & massa generis humani, factit aliud vas in honorem, aliud in contumeliã, Rô. 9. v. 21. & 22.
- Sic Iudæi contra Iesum consiliũ inierunt, ut eum in sermone caperent, utque eum dolo tenerent; imò falsos testes contra eum quæsierunt & subornarunt, Matth. 22. 15. & Matth. 26. 59.

19. Cap. 20. v. 2. Phasur percussit Ieremiam A
Prophetam.
20. Cap. 20. v. 7. ait Ieremias: *Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.*

21. Cap. 26. v. 11. Ieremias quia propheta ex-
cidium urbis & templi, audit: *Iudicium mortis est viro huic.*

22. Cap. 26. v. 15. Ieremias ait: *Si occideritis me, sanguinem innocentem iradesis contra vosmetipsos, & contra civitatem istam.*

23. Cap. 31. v. 15. Ieremias ait: *Vox in excelsis audita est lamentationis, luctus & stetus Rachel plorantis filios suos: & nolentis consolari super eis, quia non sunt.*

24. Cap. 31. v. 22. ait Ieremias: *Creavit Dominus novum super terram: FEMINA CIRCUMDABIT VIRUM.*

25. Cap. 31. v. 31. ait Dominus Ieremias: *Ecce, dies venient, & feriam domui Israel & domui Iuda factus novum.*

26. Cap. 36. v. 26. Precepit rex Ioakim, ut comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam Prophetam. abscondit autem eos Dominus.

27. Cap. 37. v. 14. principes Ieremiam ceciderunt, & miserunt in carcerem.

28. Cap. 39. Ieremias à suis neci destinatus, à Nabuchodonosore & Chaldaeis honorificè susceptus est.

29. Cap. 43. v. 5. Iohanan timens Nabuchodonosorem fugit, duxitq; Ieremiam secum in Aegyptum.

Denique audi Eldram, vel quisquis est auctor, lib. 4. *Isaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sanctificavi & paravi tibi arbores duodecim gravatas varijs fructibus, & totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Per arbores & fontes duodecim, duodecim Apostoli, & duodecim Symboli eorum articulij, per septem montes, septem Ecclesiae Sacramenta significari videntur, quibus novam Christi Ecclesiam ornandam praedixerunt Isaias & Ieremias. Est enim hic Eldra liber non sit in canone sacrae Scripturae; habet tamen suum auctoritatis pondus, idque majus quam aliorum Doctorum libri: unde & Ecclesia illum libris canonicis proximè subnectit.*

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Est hoc caput proemium totius libri: docet enim Ieremias, quomodo à Deo ad munus prophetiae destinatus sit, & quasi consecratus ab utero, idque ad hoc, ut attentionem sibi conciliet. Unde Secundò, v. 6. vocatus à Deo ad prophetandum se excusat, dicens: Quia puer ego sum. Cui Deus: Ecce dedi verba mea in ore tuo: Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna. Tertiò, v. 11. videt virgam vigilantem, & ollam succensam, per easq; portendi excidium Iudae per Chaldaeos, audit. Denique v. 18. eum roborans Deus, ait, Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ut fortior sis regibus & principibus omnibus.

VERBA Ieremias filij Helciae, C nem undecimi anni Sedeciae filij Iosiae regis Iuda, usque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto.

2. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiae filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni ejus.

3. Et factum est in diebus Ioakim filij Iosiae regis Iuda, usque ad consummatio-

Sic unus ministrorum dedit alapam Iesu, dicens, sic respondes pontifici? Ioan. 18. 22.

Sic Christus ait ps. 21. 7. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebi, omnes videntes me, deriserunt me; locuti sunt labijs, & moverunt caput.

Christus, quia dixisse ferebatur, Possum destruere templum Dei, &c. audit à Caipha totoque concilio: *Reus est mortis*, Matth. 26. v. 61. & 66.

Iudaei clamantes contra Christum, Crucifige eum, dicunt Pilato Christum innocentem liberari volenti. Sanguis ejus super nos, & super filios nostros, Mat. 27. 25. Matth. 2. 17. in infanticidio Herodis ait: *Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem, Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel ploras filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.*

Isaias c. 7. 14. & ex eo Matth. 1. 23. de Christo & virgine matre dicunt: *Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, id est, Nobiscum Deus.*

Christus hoc foedus & testamentum instituit, Hebr. 8. Matth. 26. v. 28.

Sic Iudaei quaesierunt saepe comprehendere Iesum, Ipse autem abscondit se, & transiens per medium illorum ibat, atque sub finem vitae, recessit in civitatem Ephrem, Ioan. 11. 54.

Sic Iudaei Christum ceperunt, colaphizarunt & flagellarunt.

Ita Christus in propria venit: & sui eum non ceperunt: scilicet Iudaei eum occiderunt, sed Gentes eum susceperunt & coluerunt.

Sic Ioseph, timens Herodem infanticidam, puerum Iesum duxit in Aegyptum, Matth. 2. 14.

Esdrae c. 2. v. 18. *Mittam tibi adjutorium pueros meos,*